

gradus, designat dumtaxat ordinem succedendi, qui non subvertitur, imo servatur per representationem, quia filius illius vigore minimè constituit novum gradum remotiorem, sed antiquum coæqualem gradum Paternum representat, illum subingrediendo, ut in terminis probat Rot. in Romana, seu Ariminen. fideicom. 24. Martii 1710. §. Nec prædictis cor. bo. me. Kaunitz, in Balneoregien. fideicom. 6. Feb. 1708. §. Contrariis, & §. seqq. cor. Eminent. D. Card. Scotto, ubi demandata fuerat successio filiorum, nepotum & pronepotum de gradu in gradum.

Cessante desuper quacumque occasione dubitandi, quia præfata verba ita tamen ut proximior in gradu ei, cui, vel illis, quibus succedatur debeat præferri minus proximo, aut remotiori, possunt commodè, & opportunè referri ad præscribendam proximitatem relativè ad gravatum, cui immediatè succedendum foret, non autem relativè ad gravantem, quæ regula quamvis juxta communem opinionem certa sit, ad tradita per Rot. in Rom. seu Ariminen. fideicom. 3. Julii 1713. §. Ratio cor. Eminentiss. D. Card. Scotto, satis tamen est eam potuisse quoquo modo reddi dubiam, vel saltem uberioris declarationis capacem, de tempore conditi controversi testamenti, nempe de anno 1591. unde cum dd. verba per Testatorem exprimi potuerint ad majorem explicationem præfate regulæ, id exuberare videbatur, ne interpretari deberent ad inducendum duriorum effectum excludendi representationem in fideicommissis ascendentibus semper admittendam, ut benè firmavit Rot. in Æsina fideicommissi 14. Martii 1718. §. Etenim cor. R. P. D. meo Falconerio.

Quæ profectò intelligentia, eo semper magis congrua, & Testatoris voluntati consentanea deprehendebatur, inspecta forma verborum, cum qua idem Testator foeminarum substitutionem concepit ibi, quibus masculis deficientibus succedant feminae legitime, & naturales descendentes à se Testatore, vel à dd. suis filiis masculis; Eo enim ipso quod Testator alternativè vocaverat foeminas; vel à se, vel à suis filiis masculis descendentes, dubiam & ambiguum reliquisset videbatur regulam servandam in dimensione proximitatis earundem foeminarum, vel relativè ad ultimum gravatum, vel ad ipsum Testatorem gravantem; Potuissent enim concurrere eodem tempore foemina ab ipso immediatè descendentes, cum foeminis descendentes ab ejus filiis hæredibus institutis; Ideoque ritè congruebat, ut ad amputandam quancumque dubietatem, Testator subnecteret illam declarationem quod proximior in gradu, ei, cui, vel illis, quibus succedatur, debeat præferri minus proximo, aut remotiori; in quibus proindè terminis constituto de evidenti congruentia; & quasi necessitate adjiciendi d. declarationem, eo minus ulla subesse videbatur ratio protrahendi prædicta verba ad inducendum recessum à regula Juris admittente representationem, pro qua concurrat Juris dispositio, & æquitas, cum ea potius sumenda sit interpretatio, per quam æquitas, & Jus commune servatur, ex animadversis in specie

per Decian. respons. 9. n. 38. & seqq. lib. 2. & respons. 55. n. 38. lib. 3. cum aliis per Rot. in Æsina fideicom. 14. Martii 1718. in fin. cor. R. P. D. meo Falconerio.

Et ita omnis reliquis minoris relevantiæ resolutum fuit Utraque &c.

E A D E M,

Eodem.

Ven. 3. Decemb. 1723.

A R G U M E N T U M I D E M.

S U M M A R I U M.

- 1 Representatio tam in successione ab intestato, quam in fideicommissis locum habet.
- 2 Vocatio proximioris representationem non excludit, & quare.
- 3 Representatio remotior fit æqualis proximiori & num. 8.
- 4 Representatio scuti excluditur per clausulam, salva gradus prærogativa, ita per gradus prælationem à Testatore volitam excludi debet.
- 5 Contra, & quare.
- 6 Representatio licet præservet gradum, non tamen gradus prærogativam servare potest.
- 7 Gradus prærogativa non dicitur considerata in vocatione proximioris, sed solummodo succedendi.
- 9 Testator præsumitur vocationem ordinare secundum legem potius, quam secundum naturam.
- 10 Maxime propter verba, succedant juxta juris communis dispositionem.
- 11 Dictiones, ita tamen ut, nonnumquam exponuntur declarative, ut subjectæ materiæ congruit.
- 12 Prælatio proximioris in gradu non repugnat representationi.
- 13 Maxime si potest referri ad declarationem proximitatis respectu gravati.
- 14 Representatio nisi per expressa & aliò non referibilia verba censi debet exclusiva.
- 15 Representatio tum magis locum habet quando concurrat æqualitas affectionis Testatoris erga omnes.

D E C I S I O X V I I.

AD novum, sedulumque examen revocatis hodie fundamentis Decisionis coram me editæ sub die 2. Julii labentis anni, cum ea undique substantia fuerint comperta, non dubitarunt DD. respondere pro persistentia in Decisionis.

Cum enim Alfonso Testator, deficientibus Marco Antonio, & Alexandro ejus filiis masculis, illorumque descendentes pariter masculis, ut, succedant feminae legitime, & naturales descendentes à se Testatore, vel à dictis suis filiis masculis juxta Juris communis dispositionem æquis portionibus &c. Cumque post obitum Josephi ultimi Masculi, superstites remanserint, tam Cæcilia ejus Soror, quam Clarix, Joannes Maffeus, & Ludovicus Filii Prudentiæ alterius d. Josephi Sororis prædefunctæ, palam inde emergebat purificatio Fideicommissi favore utriusque partis, in modum ut medietas Bonorum spectare debeat ad Cæciliam, altera verò ad Filios Prudentiæ, qui consequi debent

debeat eandem portionem, quam consequuta fuisset eorum Mater, cum subingrediantur in illius locum vigore representationis, quæ juxta receptam Sac. Rotæ sententiam, nedum locum sibi vindicat in successione ab intestato, sed etiam in fideicommissis, & substitutionibus, ut aliis firmatum fuit, & signanter in decis. 426. n. 1. & seqq. par. 4. divers. decis. 355. num. 4. coram Priolo, decis. 707. n. 8. coram Merlin. decis. 1479. n. 2. coram Seraphin. in Balneoregien. Fideicommissi 6. Februarii 1708. §. Quemadmodum, & 14. Januarii 1709. §. Ad suadendum coram Eminentissimo Domino Card. Scotto, in Æsina Fideicommissi 14. Martii 1718. §. Quod autem coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Governatore cum aliis in decisione, quæ revidetur §. Alfonso.

Neutiquam urgente repetito objecto, quod Testator post Foeminarum substitutionem immediatè subjunxerit, ita tamen ut proximior in gradu ei, cui, vel illis, quibus succedatur debeat præferri minus proximo, aut remotiori, ex quo inferebatur, eundem Testatorem voluisse, quemadmodum poterat, excludere legalem subingressum, seu representationem à successione fideicommissaria per ipsam ordinatam; solum namque prælatio proximioris, mediantibus dd. verbis explicata, nullatenus inducere valet exclusionem Nepotum respectu Materteræ, quia in vim representationis ipsis de jure competentis, subingrediendo in locum Matris prædefunctæ, & occupando, vel representando gradum maternum, sunt æque proximiores Josepho ultimo Masculo, ac propterea dicuntur æque vocati sub nomine proximioris, quod censetur à Testatore prolatum, non de facto, & secundum naturam, sed de Jure, & secundum legem, ex animadversis per Episcopum Rot. disput. Jur. Select. cap. 9. sub n. 2. §. Siquidem Peregrin. de Fideicommiss. art. 21. n. 17. Castill. lib. 3. cap. 19. n. 302. & seqq. & lib. 4. cap. 4. nu. 3. Rot. decis. 437. per tot. & signanter nu. 1. & 2. & nu. 8. & 9. par. 19. tom. 2. confirmata in decis. 64. n. 1. 2. & 4. & decis. 65. à n. 1. cum seqq. post Urceol. de transact. in Balneoregien. fideicommissi 6. Februarii 1708. §. At diversimodè, & 14. Januarii 1709. §. fin. coram Eminentissimo D. Card. Scotto, & in Bononien. Fideicommissi de Barberiis 17. Januarii 1710. §. Quoniam coram Rmo D. meo Aldrovando.

Indeque evertebatur subalternans oppositio, quod cum Testator voluerit inter Foeminas substitutionem prælationem respectivè ad proximioritatem graduum, admisso inter Consuccessores Beneficio representationis, induceretur concursus, qui quidem compatibiliter stare nequit cum representatione. Quoniam cum representatio non corrumpat gradum, sed potius illum præservet, filii Prudentiæ subingrediendo in locum Matris prædefunctæ, constituuntur in eodem gradu cum Cæcilia Matertera, quæ licet prior in gradu jure sanguinis, dum non est etiam talis Jure Successionis, dici nequit potior in Fideicommissio, ideoque prælatio proximioris à Testatore ordinata, non adversatur representationi, cum semper censeatur volita juxta dispositionem Juris, & eo modo, & ordine, quo lex desert successione ab intestato; in his autem terminis per coæqualem admissionem Nepotum cum Matertera, non inducitur concursus remotioris cum proximioris, quia illi non succedunt uti Nepotes; nec constitunt novum gradum, sed representando gradum Prudentiæ Matris sunt æque proximi Josepho defuncto, ut supra dictum est, Decisiones noviss. ad Castellum de Alim.

& benè observat Rot. decis. 437. num. 8. par. 19. tom. 2. rec. in dicta Balneoregien. Fideicommissi 6. Februarii 1708. §. At diversimodè & §. Nec Majoris coram Eminentissimo D. Card. Scotto, & in fortioribus terminis Ordinis succedendi à Testatore præscripti verbis illis, che prima succedino li figli, e poi li Nepoti, e così si continui in infinito, quod non obstantibus dictis verbis, nepotes in vim representationis succedere deberent unà cum Patruo resolutum fuit in dicta Æsina Fideicommissi 14. Martii 1718. §. Ejusdemque coram R. P. D. meo Falconerio.

Minime urgente replicatione, quod in præsentii hypothesi Testator non vocavit dumtaxat proximiores, quo casu capi posset intelligentia, quod intellexerit de proximioribus secundum legem, non verò de facto, & secundum naturam, sed expressè jussit, quod proximior in gradu debeat præferri remotiori, in quibus terminis, cum Testator dederit prælationem gradui, dicitur voluisse servari ejus prærogativam, ut proindè quemadmodum si adjecta fuisset clausula, salva gradus prærogativa, non haberet locum representatio, ut admittit decisio, quæ revidetur §. Autoritates, ita etiam pernecessè dicendum veniat, quod exclusiva remaneat representatio, quando Testator voluit prælationem gradus, quia prærogativa gradus & prælatio gradus unum, & idem prorsus significant ad Text. in Authen. defuncto C. ad Senat. consult. Tertullian. per Robles. de represent. lib. 3. cap. 10. sub n. 21. & n. 26.

Censuerunt namque DD. quod verba illa proximior in gradu &c. debeat præferri minus proximiori non possunt operari eundem effectum, quem operatur Clausula salva gradus prærogativa; Hæc namque eatenus representationi adversatur quatenus ubi admittatur representatio, non amplius salvatur gradus prærogativa; cum representatio licet præservet gradum, non tamen ejusdem gradus prærogativam servare potest, ut dictum fuit in Balneoregien. Fideicommissi 6. Februarii 1708. §. Contrariis, & 14. Januarii 1709. §. Et quidquid coram Eminentissimo D. Card. Scotto, in Interamnen. Immissionis 5. Junii 1716. §. Et quamquam coram Eminentissimo D. Card. Althann. & 1. Aprilis 1718. §. Quæ in casu coram bo. me. Ansaldo.

Diversimodè autem se habet res, ubi solummodo respectus haberi debeat ad vocationem, seu prælationem proximioris in gradu, quia proximioritas gradus solum designat ordinem succedendi, qui non subvertitur, immò servatur per representationem, filius namque, illius vigore non consideratur tamquam existens in novo gradu remotiori, sed tamquam subingressus in antiquum coæqualem gradum paternum, quem representat, unde cum in præsentii casu Testator non expresserit velle salvam prærogativam gradus, quod verificari tantum potest secundum naturam, & Jure sanguinis, sed usus fuerit dumtaxat verbis designantibus prælationem proximioris in gradu, & importantibus ordinem succedendi secundum legem, & Jure successionis non est cur excludi debeat representatio antecedentem gradum præservans, & quæ civiliter operatur, ut ille, qui de facto, & secundum naturam esset uno gradu remotior, secundum legem, & Jure successionis remaneat æqualis in gradu, & in validioribus terminis demandatæ successionis filiorum, nepotum, & pronepotum de gradu in gradum, rectè admonet Rot. in

D 2 dicta



dicta Balneogien. fideicommissi 6. Februarii 1708. §. Contrarius cum seqq. coram Eminentissimo D. Card. Scotto, & animadversum fuit in præterita decisione §. *Authoritates*.

Quod si indubitanter procedit attenta simplici præsumptione Juris, quod Testator non voluerit regulare vocationem secundum naturam, & Jure sanguinis, sed secundum legem, & Jure successio- nis, ut advertit Rot. in dicta Balneogien. fidei- commissi 6. Februarii 1708. §. *Nec majoris coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto*, eo securius, & citra quamcumque difficultatis aleam procedere visum fuit in præteriti casu, in quo Testator foeminas in defectum masculorum vocatas, succe- dere voluit juxta juris communis dispositionem æquis portionibus; Stante namque hac solemnni, & explicita relatione, ad Juris communis dispositio- nem, redditur innegabilis voluntas Testatoris, undique conformis legali repræsentationi, cujus ope filii subingrediuntur in locum eorum præ- defunctæ Matris, ad tramites Juris communis, ut expendit decisio, quæ revidetur §. *Tantum autem*.

Frustraque vis, & efficacia dictæ expressæ rela- tionis ad dispositionem Juris communis, decli- nari prætendebatur sub obtentu, quod ea coar- ctata, & limitata remaneret ex sequentibus ver- bis restrictivis, ita tamen ut proximior in gradu &c. debeat præferri minus proximo, aut remotiori: Ultra quod enim dictio ita tamen non semper stat restrictivè, & limitativè, sed aliquando juxta subjectam materiam intelligitur etiam delativè, ut dixit Rot. decis. 910. nu. 2. coram Buratt. ibi- que adden. lit. A. & dec. 911. nu. 6, & 7. coram Seraphin. adhuc semper firmum remanet, quod prædicta verba secundum legem, & jure succes- sionis accepta, non adversantur, imo cohærent dispositioni juris communis, ad quam Testator se referre voluit: Præsertim quia vis eorundem verborum commode, & opportunè referri potest ad amputandam controversiam, quam idem Testator proposuerat, & suspensam reliquerat in ordine ad dimensionem proximitatis faciendam relativè ad ultimum masculum, vel ad ipsum Te- statorem, dum indefinitè substitutæ fuerant foemi- næ descendentes vel à se Testatore, vel à dictis suis filiis masculis, quæ sanè indefinita substitutionis for- mula, valde dubiam reddebat rem, an in defectum masculorum à Testatore descendendum; suc- cedere deberent foeminae descendentes ab ipso Te- statore, vel potius ab ejus filiis, ideoque, ad di- rimendam hanc controversiam, ritè congruebat, ut idem Testator subnecteret alia sequentia verba præscribentia proximitatem foeminae successuræ, dimetiendam ab ultimo masculo, cui succeden- dum foret, ut advertebatur in præterita decis. §. *Cessante cum seq.*

Hac autem concurrente juridica declaratione; juxta quam commode interpretari valet dictorum sequentium verborum adjectio, nulla suberat ratio cur eorum vis detorqueri deberet ad tollen- dum filiis Prudentiæ prædefunctæ beneficium subin- gressus legalis in gradum eorum matris ipsis com- petens de Jure, quia cum repræsentatio maximam habeat juris assistentiam, eidemque tam ratio na- turalis, quam civilis cohæreat, ad illam exclu- dendam non admittuntur nisi verba expressa, & quamcumque aliam referibilitatem rejicientia, ut bene firmat Rot. in d. *Æsina fideicommissi 14. Mar- tii 1718. §. Magnam quippe coram R. P. D. meo Falconerio*.

Etque pronius, in hanc benigniorem, & æqui- tati consentaneam intelligentiam repræsentationis præservativam descenderunt DD. itante exten- sione fideicommissariæ dispositionis per Testato- rem adjecta in ejus codicillis, etiam in gratiam filiorum, & descendendum ex eisdem foeminis, cum onere ipsis injuncto assumendi cognomen, & insignia Testatoris absque mixtura, ex qua cir- cumstantia cum resultet jus vocationis, quam ad hoc fideicommissum ex Testatoris providentia ob- tinent ex propria persona filii Prudentiæ præde- functæ, hinc eo facilius indulgendum ipsis vide- batur beneficium repræsentationis, quæ si præten- di posset etiam præcisivè à Jure propriæ eorum vocationis, nempe ex titulo legalis subingressus in locum, & gradum prædefunctæ Matris, indubitanter est admittenda, concurrente quoque ipsorum vocatione ex proprio jure, & persona. Potissimè reflectendo, quod ex hujusmodi voca- tione nominatim directæ etiam ad filios foemina- rum, cessat peculiaris causa prædilectionis erga ipsas foeminas, quinimmo inducitur cœqualis affectio Testatoris indiscriminatim effusa, tum in foeminas, quas in Testamento masculis substituit, tum in ipsarum foeminarum filios, & successores in infinitum, quos collectivè in Codicillis grava- vit onere assumptionis cognominis, & armorum; Stante autem cœquali affectione Testatoris erga omnes descendentes, subintrat ordo naturalis caritatis juxta quam filius in locum patris præmor- tui censerit debet vocatus ope repræsentationis, ut in puncto ratiocinatur Rot. decis. 702. nu. 10. & 11. par. 18. to. 2. rec. in Interammen. fideicom- missi 11. Decembris 1705. §. *Cumque coram bo. me. Molines ibi, de qua voluntate satis constare visum est ex eo quod Pompejus Testator æqualiter vocavit ad d. fideicommissum particulare foeminas, & eorum descendentes? Unde cum æquè censetur omnes dilexisse, consequens est voluisse, ut inter illos locum haberet repræsentatio, & in d. Æsina fidei- commissi 14. Martii 1718. §. Quæ ratio coram R. P. D. meo Falconerio, §. Eoque securius.*

Et ita &c. utraque, &c.

R. P. D. LANCETTA DECANO.

ROMANA MANUTENTIONIS.

Veneris 15. Maii 1722.

ARGUMENTUM.

Prohibitio detractionum unius speciei ad diversas species per clausulas generales quan- do non extendenda. Quid inter dotem in fructibus, & illam in usufructu constitutam interfit, & quomodo alterutro modo con- stituta dicatur. Quando procedat, hæredem gravatum melioramenta perpetuam utilita- tem afferentia non posse deducere.

SUMMARIUM.

1 Prohibitio detractionum unius speciei ad diver- sas non extenditur.

2 Exceptio

- 2 Exceptio regulam declarat.
- 3 Testator de re hæredis disponere non præsumitur.
- 4 Fideicommissario possidenti quando danda manu- tentio.
- 5 Fructus in dotem dati soluto matrimonio resti- tuuntur.
- 6 Ususfructus in dotem cessus dat viro liberam fru- ctuum acquisitionem.
- 7 Actus intelligendus ad formam præcedentis ad quem refertur.
- 8 Legatum omnium fructuum pro dote intelligen- dum de usufructu.
- 9 Fructus vice ususfructus plerumque à Testatori- bus usurpantur.
- 10 Ususfructus servitutem importat.
- 11 Fructuum appellatione quando veniat usufru- ctus & n. 13. & 14. ubi reselluntur objecta.
- 12 Verba intelligenda ex consuetudine proferentis.
- 15 Dotis causa cessat soluto matrimonio.
- 16 Factum suum, sui que auctoris nemo impugnare potest.
- 17 Ususfructus utrum Patri prohibitus censeatur in bonis relictis filio cum onere primogenituræ.
- 18 Filius à Patre non repetit fructus ex hujusmodi bonis suo consensu perceptos.
- 19 Melioramenta perpetuam fundo utilitatem affe- rentia quando non resciantur gravato.
- 20 Detractiones turbidæ fideicommissario manuten- tionem non impediunt.

DECISIO XVIII.

Adversus gemina Judicata, quorum alterum in Partibus, & alterum in Curia coram A. C. prodierant super manutentione favore Marchionissæ Elisabeth filiæ, & hæredis Mar- chionis Constantii de Bentivolis, commissa mihi ex audientia Sanctissimi ad instantiam Marchio- nis Bartholomæi de Bobus ulteriori causæ cog- nitione cum facultate manutendi quem de ju- re, proposui in Rota diei 31 Januarii 1721. con- suetum regulare dubium, An, & cui sit danda manutentio, verum dilata ea die resolutione res- criptum fuit, ut videtur, de bono Jure, etiam ad effectum manutentionis; Quamobrem hodiè iterum consului DD. super dubio in Audientia diei 21 Martii ejusdem anni 1721. ob petitam à Marchionissa dilationem non resoluta, An scilicet, & de cujus bono Jure constet etiam ad effec- tum manutentionis, & responsum fuit, *Constare de bono Jure Marchionis Bartholomæi juxta mo- dum infra explicandum.*

Fundamentum autem resolutionis minimè ste- tit in eo, quod Marchionissa Elisabeth opponere nequiret detractiones quantitativas sibi compe- tentes, sicuti innixi cuidam prohibitioni à Philiberto Fideicommittente ejus hæredibus indictæ præliminariter sustinebant Defensores Marchio- nis Bartholomæi: Etenim licet in dicta prohibi- tione Philibertus Fideicommittens amplius, ac generalibus verbis usus fuerit, ibi, *E qualun- que alia deduzione*, ea tamen tanquam conti- nuè apposita post prohibitionem legitimæ, ac Trebellianicæ, sicuti de similibus, & quotativis deductionibus intelligi tantum debent, ita ex- tendi nequeunt ad jura, & credita propria hære- dum, diversam, ac longè dissimilem detractionum speciem constituentia, ut alias in his terminis res- pondit Rota coram Duran. Decis. 93. nu. 10. & coram Priolo decis. 378. n. 11. & seqq. & coram bon. mem. Emerix decis. 122. nu. 5. & latè in Romana Fideicommissi de Panthera 10 Martii 1710. §. *Cre- Decisiones ad Tract. de Alim.*

dicta, & seqq. coram Reverendissimo Crispo; Cum præsertim dotem propriam Mariæ Cæcilie hære- dis, tum aliam ab ejus Matre provenientes, tum denique jura hæreditaria Margaritæ Semen- tis, quæ sunt sine dubio de genere detractionum, quæ accidentales, & quantitativæ vocantur, nomi- natim præservaverit, quasi regulam exceptio- ne declarando *Surd. decis. 124. n. 10. & seq. Rot. 2 decis. 380. nu. 7. par. 19. recen.* Imò verò detrac- tiones non aliter veterit, quam consecutivè ad prohibitionem alienationis propriorum Bonorum, de quibus, & non de rebus, aut juribus prop- riis hæredum disponere professus fuit, sicuti ad rem advertunt *Peregrin. de fideicommiss. art. 6. num. 14. De Luc. de fideicommiss. disc. 134. n. 15.* & aliis allegatis concordantibus Rota in dicta Ro- mana de Panthera §. *Verum coram Reverendissimo Ravennaten. & in Maceraten. Legatorum, & Fi- deicommissi 3 Julii 1711. §. Quod autem coram bo. mem. Ansaldo.*

Ratio itaque decidendi unicè desumpta fuit, ex quo sicuti inter partes nulla est contentio, vel super purificatione fideicommissi à memo- rato Philiberto instituti favore Marchionis Bar- tholomæi, vel super identitate Bonorum, ita nulla debet esse difficultas, quo minus ipse sit in possessione eorundem Bonorum, quomodo- cumque eam à principio nactus fuerit hodiè ma- nutenendus: Si enim ei ratione boni juris ne- gari non posset immissio, quatenus pro adipis- cenda possessione ageret, multò sanè magis dan- da est manutentio, dum à longo tempore pos- sident, & detractiones, quæ contra ipsum op- ponuntur, minimè competunt, ad tradita per *Bald. in l. Fundus 9. n. 5. ff. de rescin. vendit. Rot. coram Cavaler. decis. 539. num. 7. & 8. & in rec. decis. 140. num. 1. & 3. par. 13. ubi concor- dantes.*

Haud, inquam, competunt detractiones; Eas enim singulariter examinando; quod ad primam attinet librarum 28874. compositam ex fructibus pro augmento dotis Cæcilie Cultelli Philiber- to Viro assignatis, & ab eo durante matrimo- nio perceptis ex Bonis Bononiæ, obnoxiiis fi- deicommissio Francisci Cultelli olim nostræ Cu- riæ, & Sac. Consistorialis Aulæ Advocati, quam- vis, Marchionissa contenderet dictæ dotis aug- mentum fuisse in ipsis fructibus constitutum, at- que ideò illos, dissoluto matrimonio, non fecus, ac reliqua capitalia eodem titulo tradita esse restituendos; Integra tamen facti serie ma- turè perpensa verius visum fuit non fructus ip- sos, sed jus incorporale illos percipiendi dotis nomine fuisse Philiberto viro assignatum, in qui- bus terminis certum est nihil esse soluto matri- monio restituendum, cum jus, seu commoditas pro dote assignata statim, ac matrimonium solvitur, ipso jure extinguatur, fructus verò eo du- rante percepti non fecus, ac cæteri fructus Bo- norum dotalium ad virum pertineant, ut distin- guendo inter unum, & alterum casum docuit *Bald. in l. Si convenerit 4. ff. de pact. dotal. nu. 1. Card. de Luc. de dot. disc. 148. sub num. 16. & seq. Rota coram Merlin. decis. 843. nu. 2. & seq. & in rec. decis. 393. nu. 7. & seq. par. 18. & in Roma- na, seu Terracinen. Pecuniaria 3 Junii 1704. §. Al- terum coram clar. mem. Cardinali Caprara, & 2 Martii 1705. §. Et sanè, cum seqq. coram bon. mem. Cassarelo.*

Rem verò ita se habere DD. ex eo censuerunt quod Julia Sponsæ Mater non aliter controver- sos fructus pro argumento dotis Philiberto assi- gnavit